

J. N. J. C. C.

**DE ACADEMIA AGERE PERGIT**  
**ET SIMVL**

VT

**V I R I**

SVMME AC PLVRIMVM REVERENDI, EXCELLENTISSIMI, CONSVL.  
 TISSIMI, EXPERIENTISSIMI ATQVE  
 AMPLISSIMI,

QVI SVNT CHEMNICII,

PRAECIPVE

**INSPECTORES OMNI VENERATIONE**  
**PROSEQVENDI,**

**ACTVM VALEDICTO-**  
**RIVM**

IVVENIS INGENII FELICIS ANIMIQVE  
 PROBI ET INGENVI

**CHRISTLIEB AVGUSTVS MEERHEIMII,**  
 DRESDENSIS,

DIE V. APRILIS AVDITA X. MATVTINA

PRAESENTIA SVA EXOPTATISSIMA  
 ORNARE BENEVOLE

VELINT,

ORAT ATQVE OBTESTATVR

*M. Daniel Müllerus,*

Reet. Schol. Chemnic.

CHEMNICII,

LITTERIS STOESSELIANIS A. MDCCXL.





Aud ita pridem aliqua de Academia, praecipue antiqua, disserui. Longe vberior potuisset esse illa tractatio, si Academicas Hermanni Conringii, Viri, qui tam magnae sunt eruditiois, quam paru corporis, Antiquitates, & Scriptores potiores Historiae Philosophicae, in consilium adhibere mihi licuisset. Verum mitto nunc Antiquam Platonis, & alias, quae ad prilegas referri suo iure queunt, Academias. Ad eas, quae hodiernum Academias vocantur accedamus, & oculo paulo intentiore illas intruamur. Quid quoq[ue] fuit istae? Sunt Icholae maiores & illustriores, a Gymnasiis & minoribus Icholii non parum differentes. Illae enim accurarius loquendo, Facultates, eci dicimus, maxime inculcant superiores, Theologiam, Iurisprudentiam, Medicinam, ac Philologiam, non neglecta penitus Philologia. In his, minoribus nempe, non ultra illas adscendent fuit artes liberales, Iepem pimirum illas artes, quarum nomina, pueris quoque nota, continentur versiculis: *Gram: loquitur, Dia: vera docet, Rbe: verba colorat, Mus: canit, Ar: numerat, Geo: ponderat, Ast: colit astra.* Pleraque enim scholae, nec illae viles, retinuerunt tria illa, quae sermonem formant, Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam, reliqui quatuor, quae ad Mathefin pertinent, Musica, Arithmetica, Geometria, atque Astronomia non penisi admodum habitis: *quas quidem duas veluti disciplinarum classes illis temporibus Triuii (hic nomen habet Icholiarum triuialium) atque Quadrivii vocabulis discernere mos erat* (a). At Academiae maius sibi stadium, in quo decurrerent, sumpererunt, atque de Deo & rebus diuinis ex oraculis codicis facri, de vera iuri scientia, de salutari medendi arte, de sapientia studio suos instituerunt, studio Philologico, uti *Ad, Rechenbergius recte arbitratur, non repudiato* (b). De his Academis varia hic inquirere iuuat. Primo sollicite rimari non pauci, quo tempore erigi in Europa coepiint, instituerunt. Parisiensem, nobile opus Imperatoris glorioissimi, Caroli M, antiquissimam esse earum, quas cis Oceanum occidentalis orbis iactat, & acetate cunctas alias superare, non paucorum fuit opinio. At Conringius (c) usque ad seculum tertium & decimum Parisiensis huius initia steriles intra rudem aliquam artium professionem; neque isto tempore reliquias sive Monasteriorum, sive Episcopales Icholas habuisse quicquam, praeter Magistros liberalium artium, putat (d). Ad Academiam Parisiensem, veterem illam, hoc liceat adiucere, ab illa toto coelo differe Academiam scientiarum Parisiensem, vel certam virorum doctorum in Gallia & extra Galliam sociaterem varia naturae opera perquirentium, & praemia etiam singularia, si quis reliquos scribendo superauerit, accipientium. Ad antiquitatem verarum in Germania Academiarum regredi, si paulisper licet, alios etiam Conringio pollicem premere deprehendere. Nam inter alios probauit (e) satis M. Erdmannus Vhscus, Academias, quae per omnia hodiernis similes sint, non fuisse, usque ad seculum tertium & decimum: antiquiores vero sive, ut est Parisiensis, saltet habuisse Professores linguarum & artium (f). Num tantum Academiarum numerum, quantum in Germania reperimus, alia regna prouinciaeque necessario sibi postulent, probabile quidem haud est; siquidem Angliam, amplum satis regnum, duabus suis florentissimis, Oxoniensi, & Cantabrigensi (g) contentam esse demonstrat doct*is*. Heinricus Ludouicus Benthemius: interim tantam paucitatem non omnibus, loca praecipue longe diffusa comprehendentibus sufficere regnatis, ego mihi facile

(a) Verba haec petita sunt ex Obseru. selectarum ad Rem Litterarum spectantium Tom. VI, Obseru. XVII. §. 5. p. 145. (b) videatur Rechenbergius de Studiis Academicis Sect. I. cap. I. & II. p. 81 seqq. (c) Verba Conringii allegantur Tom. VI. Obseru. Halen. p. 142. (d) Haec & plura Conringii verba vid. in Obseru. Halen. Tom. VI. p. 142. (e) in Disputatione de magni achimendis Academis, habita Lipsiae d. 20. Sept. 1704. (f) Vhsei Disputatio excerptur multis verbis in Nov. Liter. German. a. 1704. p. 418 seqq. (g) de hisce accurate nos instruit Heinr. Ludouicus Benthemius im Engeländischen Kirchen- und Schulew-Staat, cap. XXII. p. 294.

persuaserim. Edidit scriptor, nomine suo non expresso (h), libellum bonaer frugis  
 hocce sub titulo: *Germania milite desstituta, & litteratis, sua cœmole, laborans*:  
 cuius rei causas varias sicuti exponit: ita hanc quoque eis inferi posse credit, nisi  
 nimis multae in Germania Academias forent, sive tres vel quatuor tantummodo  
 essent, eam milite non caritaram, & doctis minime nimium abundaturam esse.  
 Vtrum rem acu tetigerit laudatus scriptor, definire ego non audeo. Imaginarer  
 mihi potius, quod, si multa spacioaque prata elegantes flores producentia insint  
 regioni, eadem longe maioris sit aestimanda, quam si spinæ, cardui, & steriles  
 auenæ ibi dominantur. Parietiam ratione prouincias & regna, si Academias do-  
 ctis scholisque gaudeant non adeo paucis, magis efflorescere, maioremque sibi  
 parere admirationem, reor. Quam causam etiam esse autum, cur aliqui docto-  
 rum, Academiarum, quocquod ubique sint, historiam cognoscendi desiderio haud  
 paruo flagrauerint: quod desiderium in Viro mirifice docto, quem aliorum regno-  
 rum doctis, cum viueret, opponere potuit nostra Germania, D. G. Morbofio, exti-  
 tisse obseruamus: id quod sedare studuit Iob. Baptista Capasso, indicem Aca-  
 demiarum vniuersi orbis exhibens (i): qualem recentum omnium Academiarum  
 (Germania præcipue) debemus quoque illustri *Vitrario* (k). Ino Theologus ille  
 coecus, M. Iohannes Schmidius, hac in re, veluti in aliis compluribus, plus videns  
 oculatioribus (l), otium literarum nactus, in opere de Academis confiando desu-  
 davit; quod etiamcum ad umbilicum deduxisse, feliciter e litteris ipsius ad B. Spi-  
 zelium exaratis cognovit Schelhornius (m), qui de ipso opere statim haec addit  
 verba: *num vero illud in dies luninis auræ postea prodierit, incompertum habeo*.  
 Cum de numero Academiarum superius agerem, Germaniam quatuor & triginta  
 earum (quibus quinta & trigesima ante aliquor accessit annos, Göttingensis,) oculis  
 obiiceret Tenzelium, addendum erat (n). Illa, quae de Coburgensi consilia mente  
 tota agitauit Dux pietatis verae laude post fata etiam viuens, & victurus, Ernestus,  
 metam propositam nunquam tetigerunt (o). Et de hisce Academis, de quibus non  
 nulla congesisti, quid statuum, aperire dum iubetur, non diu multumque est dubi-  
 tandus; omnibus sapientioribus consentientibus, quod magni sint facienda  
 neque ulla ratione, vel rei sciendae, vel vilipendendae. Quo enim quisque plus  
 sapientiae consecutus est, eo certius esse Academias argumentum diuinæ erga ge-  
 nus humanum beneficentiae, indicauit. Istud inde colligimus, quia insigne, nec  
 verbis sati exprimentum emolumentum est, quod ex illis capiunt vniuersi reipu-  
 blicae ordines: id quod omnes, nisi talpa sint coeciores, facile concipiunt. Dant  
 etiam & habent certa quedam priuilegia, per quae ardo doctrina excellendi alios,  
 indies magis magisque augetur, atque inflammatur. Nullo negotio priuilegia nonnullis  
 Academis a terræ Dominis data hic cumulare possemus; qui vero legere com-  
 plura gesit, legit M. Erdmanni Vbsei Dissertationem (p) de magni aestimandis Aca-  
 demiis superius iam iam excitatam. Tametsi vero ex his iustum pretium statuen-  
 dum esse Academis, abunde cognoleamus causis, quibus etiam iungimus hanc,  
 summos terrarum dominos, virosque nobilitatis gloria insignes saepius gradus Aca-  
 demicos, scientiae testes, dari sibi passos esse, neque eos fastidiuissime (r): attamen  
 hostes vel certe contemptores Academiarum superiora & nostra tulisse tempora,  
 veritas est indubitabilis. In hanc classem referri meritus est famulos ille  
 Carolo Stadius, postquam ex Doctore Academico in rusticum degenerauerat.  
 Inuehuntr in easdem quoque Academias Brecklingius, qui eas Synagogam Satanae  
 vocitare non erubuit, Peter senius, Dippelius & Fanaticorum tantum non omnis

(h) a. 1677, in Belgio. Excerptum hic libellus in Tenzelii Monat. Unterred. A. 1692, p. 212. (i) Cap XIV.  
 in Hist. Philos. Synopsi, qui liber editus est Neapoli a. 1728, Vid. Acta Erud. a. 1730 p. 221. (k) in Instit.  
 Iuris Publ. Tom. III. p. 227, seqq. (l) Memoria f. Vita huius M. Iohannis Schmidii curate scripta legitur  
 in Schelhornii Amoenit. Litterarum Tom. X. p. 313, seqq. (m) sunt hæc ipsius Schelhornii verba loc. cit.  
 p. 324. (n) in den Monat. Unterredungen a. 1694, p. 512, seqq. (o) vid. Schelhornium loc. cit. (p) Ex-  
 ciperitur ea multis verbis, vt dictum, in Nou. Litter. German. a. 1704, p. 418, seqq. (q) vid. Tenzelii cu-  
 rieus, Biblioth. Repof III. p. 331. it. Christ. Gr. Paulini Philosophische Lust-Sünden, T. I. p. 541, seqq.

3R Tg 972

rex, qui, dum *disceauisiva*. loqui semel coepérunt, & hic indignissima quæque eu-  
mere religioni sibi non duxerunt. Duo hic querere placet: primum an hostes Aca-  
demiarum sunt reputandi, qui continuo de nœuis earum multa blaterant, atque  
iisdem plurimos, rusticos nempe & impios docentium pariter ac dissentientium mores,  
irritamenta varia gulac, libidini, ambitionis, ritus gentiles pro sacrificis venditatos,  
& quæ alia sunt huius fusarios, obiiciunt, quæ ex Obseruationibus Halensibus (s)  
reperere hic nolumus. Et hi videntur mihi omnino hostili esse animo contra Aca-  
demias, quum illis tribuant, quæ eis minus sunt necessaria, sed abesse possunt, &  
saepius eriam absunt. Deinde an ipsi Lutheri inter Academiac hostes locus sit tri-  
buendus, breuibus est interrogandum. Verum iniquissimum est hocce de Lutheri  
locis quibusdam iudicium, qui ipse constans Doctor Academicus, mores tantum  
improborum vituperavit, ipsam Academiam laudauit arque in deliciis habuit. Haec  
sunt, quæ de Academiis, virtutore suo nomine fr̄ dictis majoribusque, verbis in  
compendium quasi contractis, agere mensa erat; verum superercent aliqua, quæ  
moneri hic possent de Academiis minoribus, vel de societatibus virorum docto-  
rum longe minoribus, in viribus praestantioribus, Italicas in primis, eo consilio con-  
gregari, definito tempore solitorum, ut huius vel illius scientiae, huius vel illius  
linguae incrementa exstant lactiora. Academiam Scientiarum Parisiensem, Aca-  
demiam Naturae Curiosorum, atque Academiam Della Crucis, seu Furfuriorum,  
quæ Florentiae puritatem arque elegantiam linguae Italicae curat, si quis primo  
ponit loco, per me licet. Deinde aemulatio admiratioque peperit longe plures,  
quæ sibi adeo mira tribuerunt nomina, ut a Ioh. Ferro & aliis riderentur (t). Audias  
hic Academiam Arcadum, Humoristarum, Accensorum, Incognitorum & quas  
non? Extat M. Ioh. Iarkii Specimen Historiae Academiarum Eruditarum Italiæ,  
vbi largam earum copiam qui legit, varia carum nomina quoque reperit (u). Sur-  
reverunt postea Academiae non plane absimiles, Musicae nimurum, Architecūræ,  
Pictorū, ac Sculptorū, ad has artes in altius cacumen euehendas. Dum vero  
nulla Academiarum minorum ad scribendum me compulit; sed porius una ex  
majoribus, celebrioribusque, Lipsiensis, istas taceo, & ad hanc mittendum mihi esse  
bene institutum Iuuenem, maioribus altioribusque studiis per dignum, significo, ni-  
mirum Iuuenem perekiximus.

### Christlieb Augustum Meerheimium, Dresdenem,

Hic in vrbe paterna primo bene formatus, Chemnicio fuit ante annos circiter octo  
traditus, arque initio in aedibus Cognati plurimum Reuerendi, Dn. M. Christiani  
Friderici Kraufsi, quæ proponebantur a priuato magistro, fedulo didicit, ac post haec  
scholæ nostræ commendatus, porro fuit, qui esse incepérat. Modeſtia enim, vir-  
tutis ac literarum semper fuit studioſus, diligentiaque sua eo peruenit, ut in linguis  
latina, graeca & hebraica profectus laudabiles acquireret, sic, ut a nobis in Aca-  
demiam illam, quæ terræ nostræ ocellus est, mitti, cum ipso felicissimi successus,  
nunc queat. Quid proferet, ex oratione græca de Dominica Lactare, latina  
de D. Frid. Holtzmanno, Grummensum Chemnicensiisque quondam Ephoro, pro-  
favo suo materno, & Carmine Germanico, quo nos valere iubebit, ipse in apricu pro-  
feret. Dimitter eum, omne felicitatis genus precatus, carmine vernaculo, Adoles-  
cents magnam sui expectationem concitans.

### Christianus Gottfredus Kraufsi, Chemnicensis,

recitata prius orat. latina de eo, cur Christo in cruce præcipue fuerit moriendum.  
Vos, Patroni ac Fautores, breuibus nunc alloquor, etiam atque etiam rogans, ut di-  
ligentiam ac virtutem vestram praefentia honoris plena inflammetis & adaugeatis.

(s) ex Obseru. XII. Tom. I. Obs. ad Rem Litter. specl. p. 150. (t) Vide Morbōni Polyhist. Lib. V. cap. 14.  
p. m. 157. (u) de Ioh. Iarkio vide Act. Erud. a. 1723. p. 475. seqq.

NC

J. N. J. C. C.

**DE ACADEMIA AGERE PERGIT**  
ET SIMVL

VT

**V I R I**

SVMME AC PLVRIMVM REVERENDI, EXCELLENTISSIMI, CONSVL.  
TISSIMI, EXPERIENTISSIMI ATQVE  
AMPLISSIMI,

VI SVNT CHEMNICII,

PRAECIPVE

ES OMNI VENERATIONE  
ROSEQVENDI,

**VALEDICTO-  
RIVM**

INGENII FELICIS ANIMIQVE  
PROBI ET INGENVI

**AVGVSTVS MEERHEIMII,**  
DRESDENSIS,

PRILIS AVDITA X. MATVTINA

ENTIA SVA EXOPTATISSIMA

ORNARE BENEVOLE

VELINT,

AT ATQVE OBTESTATVR

*niel Müllerus,*  
Reet. Schol. Chemnic.

CHEMNICII,  
STOESSELIANIS A. MDCCXL.

**Farbkarte #13**